IOHANNES CHRYSOSTOMUS
Österreich, Ende 12. Jh.
Seite 081
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26104
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ducem. Assumite arma dei & induite loricam fidei. & galeam salu-
tis & gladium spiritus sancti. Vis eum videre certantem. certamen bonum certa-
vi fidem seruaui. Vis videre coronatum. Vide ceto reposita est in corona iu-
stitiae. Et cum esset unum omnia faciebat. dum suum immutans. Extremum cum sit di-
uinitas uni substantiae & immutabilis. propria salute omnibus omnia fit.
Tu palmes factus es. & ipse est uinea. sicut ipse dicit. Ego sum uinea. uos
autem palmites. Promouere gressum uoluisti. factus est tua dicens. ego
sum via. per me si quis intuerit saluabitur. & pascua inuenies. Ouis factus
es. ut est pastor. Ego inquit sum pastor bonus. Pastor namque bonus.
ponit animam suam pro ouibus. Peccator effectus es. factus es tibi agnus. & ec-
ce agnus dei qui tollit peccata mundi. Manducare uoluisti. factus est
est mensa. bibere uoluisti. factus est est poculum. Qui manducat car-
nem meam & bibit sanguinem meum. in me manet & ego in eo. Vestiri
uoluisti. factus est est induimentum. Quicquid enim in xpo baptizati estis.
xpm induistis. Sponsa fieri uoluisti. factus est est sponsus. Qui habet
sponsam sponsus est. sic dicit baptista iohs. Iubere uoluisti. factus est est
uir. Desponsi enim uos uni uiro uirgine castam exhibere xpo.
Meretrix eras. & facta es uirgo. O noua & admiranda rerum mutatio. Apud seculi homines nuptiae uirginitatem solunt. apud spiritales
autem nuptias meretricem ex gentibus accepit ecclesiam. & uirginibus castitatem
effecit. Interpretare in o heretice. quomodo meretrix effecta sit uirgo. Hi
re nescire dicis. & disputare de eo audaci temeritate conaris.
Circumuenire non queo fidem uirtutis suscipio. Haec autem omnia operatur spiritus sancti
gratia. quae large effusa est super apostolos dum. Et factus est repente de celo
sonus aduenientis tanquam spiritus uehementis. & repleuit totam domum
ubi erant sedentes. & apparuerunt illis dispertitae linguae. Ignis. tanquam igni